

eius rationem | habeto neve \bar{I} vir. neve aedilem renunti|ato neve renun-
tari sinito.

CVI. Quicumque c. c. G. erit, quae iussu C. Caesaris dic[t.] ded.¹⁷⁹ |
est, ne que¹⁸⁰ in ea col. coetum conventum coniu|[rationem] . . .

(*Deest tabula continens capita legis CVI—CXXII.*)

[CXXIII. \bar{I} vir ad quem de ea re in ius aditum erit, ubi iudicibus,
apud quos ea res agetur, maiori parti eorum planum factum non erit, eum
de quo iudicium datum est decurionis loco indignum esse, eum] qui accu-
sabitur ab his iudicibus eo iudicio absolvi | iubeto. Qui ita absolutus
erit, quod iudicium [pr]aevari|cation.¹⁸¹ causa [fac]tum¹⁸² non sit, is eo
iudicio h. l.¹⁸³ absolutus esto.

CXXIII. Si quis decurio c. G.¹⁸⁴ decurionem c. G. h. l. de in-
dignitate ac|cusabit, eum¹⁸⁵ quem accusabit eo iudicio h. l. condemna|rit,
is qui quem eo iudicio ex h. l. condemnarit, si volet, | in eius locum
qui condemnatus erit sententiam dice|re, ex h. l. liceto itque eum s. f.
s. iure lege recteq. fa|cere liceto, eiusque is locus in decurionibus sen-
tentiae dicendae rogandae h. l. esto.

CXXV. Quicumque locus ludis decurionibus datus designatus¹⁸⁶ | re-
lictusve erit, ex quo loco decuriones ludos spectare | o.¹⁸⁷ ne quis in
[e]o¹⁸⁸ loco, nisi qui tum decurio c. G.¹⁸⁴ erit, qui|ve tum magist[r]atus
imperium potestatemve colono[r.]¹⁸⁹ | suffragio <geret>¹⁹⁰ iussuque C. Cae-
saris dict. cos. prove | cos. habebit, quive pro quo imperio potestateve
tum | in col. Gen. erit, quibusque locus¹⁹¹ in decurionum loco | ex d. d. col.
Gen. d. o.¹⁹² quod decuriones d. e. r.¹⁹³ cum non minus | dimidia pars dec-
urionum adfuerit cum e. r.¹⁹⁴ consulta erit, | <ne quis praeter eos, qui
s. s. s.¹⁹⁵ qui locus decurionibus da|tus atsignatus relictusve erit, in eo
loco>¹⁹⁶ sedeto neve | quis alium in ea loca sessum ducito neve sessum
[d]uci | iubeto s. d. m.¹⁹⁷ Si quis adversusve¹⁹⁸ ea sederit sc. d. m.¹⁹⁹
[siv]e | quis atversus ea sessum duxerit ducive iusserit sc. d. m., | is in
res sing., quotienscumque quit d. e. r.²⁰⁰ atv[er]sus²⁰¹ ea | fecerit, HS DD
c. c. G. l. d. d. esto, eiusque pecunia[e c]ui eorum | volet rec.²⁰² iudicio²⁰³
apud \bar{I} vir. praef.ve actio petitio perse|cutio ex h. [l.] i. potest.que e.¹⁵¹

179) *Deducta.* — 180) *Scr. quem.* — 181) . . . \EVARI|CATION, 182) EQITVM
aes (vel certe ectypum). — 183) *Hac lege.* — 184) *Coloniae Genetivae.* — 185) *Scr.*
eumque. — 186) *Scr. atsignatus.* — 187) *Oportebit.* — 188) *io aes.* — 189) *colonos*
aes. — 190) *Hic et in sequentibus multa praeter sententiam intrusa; quae unciis < >*
seclusi. — 191) *Scr. locos (Buecheler).* — 192) *Dari oportebit.* — 193) *Scr. decr(e-*
verint). — 194) *Ea res.* — 195) *Supra scripti sunt.* — 196) *Cf. not. 190.* — 197) *Sciens*
(expectaveris sc. pro s.) dolo malo. — 198) *Dele ve.* — 199) *Cf. not. 197.* — 200) *De*
ea re. — 201) *atviesus videtur esse in aere.* — 202) *Reciperatorio.* — 203) *Sic etiam*
cap. 125 fin., cap. 128 — cap. 152 fin. cum similibus locis prioribus (cap. LXXIV.
LXXXV. LXXXI. XCII. XCIII. XCVII. CIII) reciperatorii iudicii nulla fiat men